



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Solennis penitentia inducit irregularitatem

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

publica et puata. Solentis pnia est. qua quis facit coram populo in qua drage-
sima. vel quoniam aliquis per episcopum inducitur ad claustrum. ut ibi agatur penitentia. et talem penitentiam
non potest aliquis clericus pagere. nisi prius sit puatus sacro ordine. Penitentia
publica est qua quis proprio suo ore in iugit sibi. sed facere peregrinationes ma-
nifesta. Sed puata est quoniam quis confitetur secrete peccata sua. Et subdit. felix est ille homo
qui talem penitentiam quotidie agit. Subdit (os). i. confessio oris (cor). i. contritio cor-
dis (opus). i. satisfactio. hec tria debent omnia peccata et maculas vicio. et si
aliquid illorum trium defuerit penitentia erit modica. i. frustra. Subdit per modum
doctrinae aliud notabile dicens. quod nullus monachus seu heremita debet se in-
tromittere de curia aliam. nisi ipse specialiter a domino apostolico fuerit processus vel
ab episcopo. atque si abbas eorum monachorum ipse presentiat tunc possunt audire
re confessionem. et hoc est verum si sit ex consensu plebani. Subdit ulterius quod quis-
libet peregrinus potest confiteri cuilibet sacerdoti. Subdit quod licentiate pastore
novo quilibet sacerdos potest audire confessionem tuam

¶ Notandum primo. infra dicitur de penitentia solenni. et illa fit pro peccatis enormi-
bus. ut est patricidium. matricidium. fratricidium etc. Et modus huius penitentie
habetur in canone. et est talis. Volentes penitere solenniter veniant in capite
ieiunij. ubi est sedes episcopi. et representent se ante fores ecclesie duris indutis vestibus
nudis pedibus et capitis. et hoc est verum si est vir. si autem est mulier. tunc ei in-
dulget tonsura capitis et detectio. et debet stare facie declinata ad terram. et
sic habitu et vultu sunt prestantes se esse reos. et episcopus eos ad ecclesias introdu-
cat et legat cum ministro septem psalmos penitiales. prostratus in terra. et lachry-
mose post hoc surgens ponit aquam benedictam in manum confitentis et cineres
capitis imponit. Deinde episcopus lachrymabili voce sic dicat. sicut adam pro
peccato electus fuit de paradiso. sic tu eiciendus es ab ecclesia. et tunc percipit
episcopus ut extra ecclesiam remoueat. et in transitu episcopus cum suo clero canter hoc res-
ponsorium. In sudore vultus tui etc. ut habetur in Genesi. et tunc ille penitens
manet electus extra ecclesiam usque ad die cene. i. quintam feriam ante pascha.
Tunc iterum eo redeunte ad ecclesiam a proprio suo sacerdote potest introduci. et ipse
potest interesse diuino officio usque ad octavam pasche. sed non communicet nec oscu-
lum pacis cum christianis sumat. Post hoc iterum debet manere extra ecclesiam us-
que ad die cinerum. et facit hoc tantum omni anno donec episcopus cum eo misericorditer
rer dispenset. et diebus dominicis se publice ante valuas ecclesie flagellat. et in ci-
uitate ante crucem hoc idem faciat. Et talis debet solenniter penitens. ut innu-
it littera cum dicitur (Hec est solennis)

¶ Secundo sciendum. quod quilibet agens penitentiam solennem erit irregularis. et hoc
est verum si talis penitentia sit illi iniuncta a iudice. sed secus esset si aliquis ages-
ret talem penitentiam ex proprio motu. sicut fecit sanctus Iohannes baptista. et maria
magdalena propter meram cordis deuotionem

¶ Tertio notandum. infra dicitur. felix est ille homo qui puatam penitentiam facit quotidie
quod quotienscumque homo vulneratur totiens indiget remedio medicine. sed homo quo-
tidie vulneratur ex illo quod quotidie peccat. quod peccata sunt vulnera anime. et sic homo
quotidie indiget remedio quod remedium est penitentia puata. quod per penitentiam
curatur anima que per peccatum vulneratur

¶ Quarto notandum. quod monachi et alii sacerdotes non debent audire
confessionem. quod audire confessionem pertinet ad proprium sacerdotem. sed monachus non